

8.

Graf Dietrich von Weißenfels schenkt mit Einwilligung seiner Mutter dem Kloster Altenzelle den Zehnten von allen seinen Weinbergen in Camburg, Ganzig, Jena, Kirchberg und Eisenberg, welche seit der Zeit Luwos von Camburg angelegt sind und künftig noch angelegt werden. — Zeuge:
5 Landgraf Hermann. 1196 [Januar—September].

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 112. Das S., an Pergamentstreifen, ist abgefallen = Tafel II, 4.
Gelr.: Mencken, *Scriptores* 2, 448.

Ann.: In dorso: Cyrografum d (Diterici) de decimis vinearum (gleichzeitig) in Kamburch et in Gensk et in Kirchberc et in Isenberc (Sec. XIII.). *Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturkunden* 20.

10 C. In nomine sancte et individue trinitatis. Theodericus dei nutu cōmōis in
Unizenuels. Equitatis ratio suadet et pietas ortatur temporalibus religiosorum subsidiis
propensiori studio et devotione consulere et securitati eorum cautela providentie in futurum
prospicere. Hinc est, quod universitati fidelium presentium et futurorum constare volumus,
15 quod nos pro remedio anime nostre et antecessorum nostrorum cum consensu et
petitione matris nostre omnes decimas vinearum nostrarum in Camburch et in Genz et in
Kirhberch et Ysenberch, que a tempore Luuonis de Camburch inibi plantate sunt aut in
futurum plantande, Celle beate Marie, cui iure foundationis et patronatus presse et prod-
esse tenemur, perpetuo iure contulimus, sive que nunc aut in posterum nobis libere
20 fuerint aut que a nobis aut heredibus nostris feodali iure alicui beneficio collate sint aut
fuerint conferende. Porro ut hec nostra donatio perpetua in posterum firmitate inconvulsa
perseveret, presentem paginam sigilli nostri signaculo et idoneorum testium astipulatione
et inscriptione legitime confirmavimus, quorum nomina hec sunt. Bertoldus secundus
Nuemburgensis episcopus. Winnemarus abbas Portensis. Godefridus abbas sancti
25 Georgii. Vulbernus prior de Porta. Cunradus scolasticus. Gerlacus canonicus. Wolfe-
ramus et Hildebrandus cappellani. Bertramus notarius comitis. Hermannus lantgravius.
Meinherus comes. Hermannus de Tūchere. Albertus de Droiz. Godeboldus prefectus
de Novo Castro. Fridericus de Pichene. Henricus de Cambure. Bernardus^{a)} de Trebezin.
Albertus et Annas de Mūchele. Eckehardus et Otto de Lichtenhain. Thimo de Langen-
bere. Nortbertus de Slatebach et Cunradus filius eius. Cunradus de Gliza et frater eius
30 Wernerus. Theodericus de Stūbe. Otto et Heidenricus de Langenbere et multi alii tam
spiritalis quam seculares. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo centesimo
x̄c sexto, indictione quarta decima.

(S.)

8. a) n aus h corrigirt.